Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift



77

magis uirtus sit · nichil denique demi ut
uirtutis nomen relinquatur · Etenim si
bene facta · recte facta sunt · & nichil rec-
to rectius est · certe nec bono quidem
melius dq̃ inueniri potest · Sequitur igi
tur ut etiam uicia comparia sint · siquidem
prauitates animi recte uicia dicuntur ·
At qui quoniam pares uirtutes sunt · recte
facta quoniam a uirtutibus proficiscuntur
paria esse debent · Itaq; peccata quoniam a
uitiis emanant sint equalia necesse est sic
ut a phys Epicurus inquit ista sumus
metuendi ne a lenonibus esse diceres So-
crates disputabat isto modo · bene herde
narras · Nam istum doctum et sapientem
fuisse memorie nre traditum est · Sed ta-
men quero ex te · quoniam uerbis inter
nos contendimus · non pugnis · utrum de
bonis est querendum q̃ baculi aut operarij
an q̃ homines doctissimi senserint · cum
presertim hac sententia non modo uetęor